



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

116. Ut femina de adulterio inculpata suæ potestati ad tempus restituatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut nullus causam judicatam iterare præsummat. Ex Capitularium lib. III.  
cap. XXXI.

Lib. 3. Capi-  
tular. c. 31<sup>o</sup>

**C X V.** Si quis causam judicatam repetere præsumpserit in mallo, ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim iectus à Scabinis qui causam priùs judicaverunt accipiat.

Ut femina de adulterio inculpata, si cum marito debet inire certamen legale, suz potestati debet ad tempus restitui. Ex epistola Nicolai Pape.

Nicol. I.  
epist. 50.  
Burchard. lib.  
9. c. 52.  
\* Apud Sir.  
mond. nulla  
ratio patitur

**C X VI.** Præterea, sive de conjugij fœdere sive de adulterij criminis judicium sit agendum, \* nulla ratione patet Thietburgam cum Lothario posse inire conflictum, vel legitimum controversiæ inire certamen, nisi priùs ad tempus fuerit suæ potestati & consanguineis propriis liberè sociata; inter quos etiam locus providendus est in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere vel ceteras personas quæ tam à sanctis canonibus quam à venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiruntur. Hæc idcirco diximus ut ostendamus quem legum conflictum Lotharius congregandi possè autumat cum persona quam in suis penetralibus cotidie fatigat & conterit, quando vult ad judicium educit, quando vult ad claustra reducit, & quando educita fuerit, nisi ea profiteatur quæ ipse præceperit &c. Proprijs igitur libertati committi & ab omni oppressione ac

ne ac potestate illius, cum quo initur conflitus, oportet liberari atque suis \*liberter uti, & \*licenter suspectas personas convenit declinare qui se ab objectis ostendere cupit immunem.

Ne Episcopi sententia retractetur:

*Ex Lege Romana.*

CXVII. Constantinus Imperator dicit: L: i. Cod.  
Pro sanctis ac venerabilibus habeatur quic- Thodoſ. De  
quid Episcoporum fuerit sententia termina- episc. jud.  
tum, nec liceat ulterius retractari negotium  
quod Episcoporum sententia deciderit.

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis  
consiliata sit. *Ex Concilio quod factum  
fuit ad Vermeriam temporibus Pippini  
Regis, cap. v i.*

CXVIII. Si qua mulier mortem viri sui  
cum aliis consiliata est, & ipse vir ipsius ho- Concil. Ver.  
minem, se defendendo, occiderit, & hoc pro- mer. c. 5.  
bare potest, ille vir potest, ut nobis videtur,  
ipsam uxorem dimittere, & si voluerit, aliam  
accipiat. Ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ  
subacta, absque spe conjugij maneat. Burchard. lib.  
6. c. 41.

De ingenuo qui ancillam alterius acceperit.

*Ex eodem, cap. vi i.*

CXIX. Si quis ingenuus homo ancillam  
alterius uxorem acceperit, & æstimat quod Concil. Ver.  
ingenua sit, si ipsa femina postea fuerit inser- mer. c. 6.  
vita, si eam à servitute redimere potest, fa- Burchard. lib.  
ciat; si non potest, si voluerit, aliam accipiat.  
Similiter & mulier ingenua de servo alterius  
facere potest.

R